

Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1613

Quibus mediis paßiones appetitus concupiscentis sint cohibenda. Cap. 12.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](#)

Doroth.
dell. IV.

vi ad manu factudinem ex sua feritate transferit. Sic omni affectus pululans paruo negotio complicitur, sed postquam nimium excreuerit, difficillime cohobetur. Virgulum etiam puer eradicabit, at proceram arborem nec virrobusus excidet. Idem prorsus euuenit passionum causa: de quo gratum est Beatum Dorotheum disputantem audire: Euclere, ait, possumus vita & passiones nostras, cum tenerae sunt, tanquam arbusta, nec curamus. Quin potius nimius illas obducere, & crescere in nobis, ut perfectam in nobis malitiam & postremam tandem faciant. Aliud estenim, euellere patutam herbam & teneram, quae statim extirpatur, & aliud, magnam arborem eradicare. Otiolus erat quandoque senex magnus cum discipulis suis in hortis, in quibus cypres varia, magna scilicet & parva, creuerant. Imperavit igitur vni ex fratribus senex cypressum euellere, quae cum patra esset & teneta, una manu extirpata est. Postquam iussit aliam ramuseculam euelli, quae non vna, sed ambabus manibus tandem euilla est, tertio, maiorem adhuc prioribus videns senex, & illam imperavit euelli, quae non sine magno labore extraacta est. Quia tam quoque, carteris altiorum, extirpari iussit, quae summo conatu, labore, & sudore vix extirpabatur. Quintam adiecit maximam, quam cum ille conaret euellere, nunquam valuit, sed incassum circa eam laborabat, desudabatque. Quod veredit senex, solum videlicet opus minimè perficere posse, iussit coadiurom accedere, sicque ambo iliam tandem extraerent. Tunc ad omnes conuersus senex ait: Huiuscmodi sunt passiones nostra, fratres: Cum tenerae sunt & parvae, si volumus, facilè illas possumus à nobis extirpare. Quod si eas neglexerimus, obdurecetur illico, quoniam magis obdurantur, eo maiore vi & labore opus erit. His non minus lepidè, quam verè, facilitatem vincendi passiones, cum remissae sunt, & difficultatem eas iam laboratas superandi, depinxit. Quibus nihil addendum est, nisi quod adolescenti aduersis passiones suas fortiter pugnant, & facilè eas comprehendunt, vii autem & lenes, qui in peccatis duruerunt, non desperent, quia cum magno labore, & Sanctorum auxilio affectus suos, licet admodum effrenatos, prosterneant.

Vsus generalis Mortificationis passionum.

Nunc summatis audi, quae passiones moderantur, & te illis superiora facient.

- I. In rem aliquam illicitam ac veritatem, passionem sive prosequitione sive fuga ire non finas.
- II. In ea bona, quae superflue quartuntur, aut mala pœna levia, quæ fine necessitate vitantur, affectum moueri, quantum valueris, ne permittas.
- III. Bona necessaria quarenda, & mala pœna necessaria propulsanda, moderata & tranquilla querito, & sine vla perturbatione, quantum tibi natura permisum fuerit & à gratia concessum, propulsato.
- IV. Bonis presentibus sine nimia letitia vtere, & malis prementibus patienter & sine nimia tristitia te submette.

Noterisque totam passionum mortificationem aut precipuum eius partem, in interna tranquillitate considerare, qua clamores passionum sedes, motus comprimas, & nec in opus externum, aut in immoderata actionem internam erumpere sinas.

Iacobi Aluarez operum tom. 2.

A - *Quibus mediis passiones appetitus concupiscentis sint cohobenda.*

C A P V T X I I .

RÆTER remedia generalia, quæ pro passionum mortificatione signantur, alia sunt particularia, cuique affectui his passioni congruentia, quæ nunc breuerer referemus. Passionibus autem contraria consequenter medicamenta applicanda sunt, ut & eatum natura & medicamentorum diuersitas magis eluceat.

Immoderati amoris primum remedium est, sensus, præcipue oculos & cogitationem, auocare a re male dilecta, ne bonitas aut pulchritudo in illa apparet, affectum amoris augeat, & peruersum ignem in præcordiis ardente magis accendat. Oculi enim, & alij sensus videntur esse amoris pronubi, qui sensibili perfectionem rei amatae percipientes, eam amplius amandam esse suadent. Cogitatio vero estimatio rei amatae non ab aliquo pietore liberè rem inuenire, sed ab appetitu passionis illigato depicta, quæ vehementius ad amandum mouet, quo pulchritus rem diligendam refert. Profecto de oculis habemus in libro Iudith, quod videns eam Holofernes, caput est in oculis suis. In Genesi vero, quia videntes filii Dei, id est iusti à Setho progeniti, filias hominum, nemepe filias à Caino generatas, non sine indignatione Domini, accepérunt libi uxores ex omnibus, quas elegerant. De cogitatione vero in Proverbiorum legimus: Cogitatio stulti peccatum est, quia nimis affectus peccati, & opus peccati ab eo sumunt initium. Secundum remedium est, mala disquirere, quæ rematiatam vndeque sepiunt. Nulla enim creatura est, in qua non possint multa repertiri, quæ eius aut decore, aut amabilitate immunit. 3. Incommoda examinanda sunt, quæ ex immoderato amore procedunt: quod suspiciones, quot intuidas, quot rixas, & similitates, quot inquietudines, & conscientia rotiones generat perversus amor. Sed præcipue Dei iram prouocat, & hominem peruersus amantem & scipio per verissimum odium alienat. Qui enim diligit iniuriam, ut David ait, odit animam suam.] 4. Fugienda est res amata, & quantum fieri poterit, nec ad conniuctum nec ad loquaciam admittenda, quia ineptam amicitiam sicut conuersatio ligat, ita separatio obliuioque dissoluit.

5. Occupanda est mens alius in rebus, quæ curas ingerant, & memoriam rei amatae dimoueant, omnique desidia vitanda. Nam & Diogenes, apud Laertium, aiebat, Amorem, otiosorum esse negotium. Et quidam alius: Otia si tollas, perierit Cupidinis arcus. 6. Ad eam quæ verè amabilia sunt, ut ad Deum, ad virtutem, ad æternam premia conseruenda est amor, ut boetus amor malum amorem pellar, & mens hominis, illo praestantissimo amore ditaro, vilissimo amore reruni creaturarum forcere erubescat.

Odi remedia amoris remediis contraria sunt.

1. Nam & exquirēda sunt bona, quæ rem odio habitam ornant, quorum causa amore digna censeantur.
2. Si ille, quem odio habemus, homo sit, cogitandus est frater à Deo dilectus, ad æternam gloriam præordinatus, & quantum malum est, fratrem auerteri, & cum, quem Deus diligit, & omnes Sancti & Angeli expectant, à nostro amore repellere.
3. Cogendus est animus, ut bona de illo loquatur, ut verbis laudet coram aliis, & reverentia signis honoret. Hæc enim cor oientis leniunt, & inimici quodammodo amante dignum ostendunt.
4. Non est ille à benigno colloquio repellendus, in quo non de his, quæ odium

Judith.
10. 17.
Gen. 6.

Psal. 10.

Laertius
lib. 6.

Matt. 5.
44.

Iuscent, sed de aliis rebus agatur, quae mutuam amicitiam concilient. 5. Illo duplice medicamine vendum est: quod magnus medicus animarum Christus edocuit. Qui cum dixisset: Diligite inimicos vestros, statim iubecit: Benefacite his, qui oderunt vos. Et postea: Orate pro perseguientibus & calamantibus vos. Impellat ergo se homo bona vel cum radio inimicis praestare, & pro illis orationes fundere; quia haec paularim cor immutabunt, radium & repugnantiam vincent, atque ingenerent oppositum amoris effectum.

Desiderij remedia eadem sunt, qua malo amoris medetur. Addenda præterea sunt alia. 1. Considerandum est, rem concupitam nos satiate non posse, immo postquam adepti fuerimus, mentem, non minus quam ante, vacuam & inquietam relinquare. Quid autem inutilius aut insipientius, quam ea, quae non satis concupiscere, eorumque desiderio torqueri? 2. Quod antea desiderau, si sum adeptus, è vestigio contempti, illud molestiam ingens, & mille laboribus onerans, sum expertus, & post modicum tempus desiderau illud omittere, & ad alia appetitu & actione transire. Eadem autem erit ratio eius, quod nunc cupio, quia pars est huius rei & alterius egestas. Melius est ergo rem vilem non desiderare, & quam post paucos dies alpernatur sum, à principio contemnere. 3. Rem, quam desideras, vt commoditatem aut honorem abeuntem & discedentem considera, iuxta consilium Aristotelis, quem Valerius retulit: Et Paulus quasi digito demonstravit, dicens: Prater enim figura huius mundi. Quæ autem beantia considerantur, nec desiderio tenentur, eo ipso, nisi ceci sumus, contemnuntur. Desiderium namque propter possessionem est, ut quid autem desidero, quod quia semper fugit, & transit, atque discedit, aut nunquam aut vix ad momentum possideo? 4. Quod concupisco, aut consequi non possum, quia potentiores idem euipiunt, & rem à me desideratam præcipiunt, vt eueniebat illi languido, qui hominem non habens, per triginta & octo annos nunquam potuit, ad comparandam salutem, in piscinam tempestivè descendere: aut possum quidem, & tandem consequar, sed post adoptionem non melior quam prius, immo potius peior existam. Si rem concupitam non possum accipi, desiderium admittere nihil aliud est, quam tortorem, qui me infestet, accersere. Si autem possum, id desidero, quod adueniens dolorem & penitentiam importabit. Quanto ergo melius est haec incommoda, unica vani desiderij mortificatione remouere? 5. Tandem mors, & alia huius vita miseria ob oculos habendæ sunt, quæ attente perpenitus mirum in modum inania desideria coercent. Ad quod adducitur pâletha Philosophi Epicteti sententia: Mors, inquit, & omnia, quæ in malis habentur, ob oculos tibi quotidie verfentur, maximè vero mors. Sic nihil humile cogitabis, neque impensè cupies quicquam.

Finga siue abominatio sua haberet remedia, cum ea, quæ non sunt fugienda aut abominanda, declinat. Multa quippe interdum fugimus, vt aduersa & appetitum nostro contraria, quæ quia spiritui profund, & spirituali vita proficiunt, inepte lati declinamus. 1. Et hoc sit prima huius excessus medicamen, quod haec insulsa & suavis, sua utilitate non carent. Quod si potum amarum accipimus, quia corporis salutem afferit; cur amara menti salutem afferentia non tolerabimus? 2. Accedit facta ab ipsa rei amara acceptance mutatio, quæ non alio, quam ipso visu dulcescit. Et sicut aliqui, dum stomachi neces-

A stitate poscente, incipiunt vinum bibere, gustus molestiam sentiunt; postea vero quam vino affluescunt, non paruum eo delectantur: ita apera & corpori aduersa principio amara, sed postea per assuetudinem dulcia videntur. 3. Non possumus etiam mandata Domini custodire, nisi aliquid molestum sentiamus. Vnde cum Regio Propheta dicendum est: Propter verba labiorum tuorum ego custodi vias duras: quia nimur verba Domini, quæ dulciora sunt super mel, & fauum, quoties ob inualeritudinem nostram amare cunct nobis, non reuidentia sunt, sed amplexanda, vt custodita nos facient, & sanis suam suavitatem ostendant. 4. Nec desunt magna præmia tolerantibus res aduersas; heredes enim sumus Dei, coheredes autem Christi: si ramen compatiunt, vt & conglorificentur.]

Delectatio & letitia de rebus noxiis aut vanis, qualis est ea, quæ peccatum siue graue siue leue sequitur, aut de rebus inanibus, quæ ad Dei gloriam non referuntur, generatur, magna curatione eget, quia potentissima est ad inescandum animum & ab omni virtute separandum. 1. Curat illam firmum propositum respundi huiusmodi voluptates. Nam si Dominus gloria, forma nostræ cœuratio[n]is factus, delicias & corporis voluptates auerstus est, & aspera quæque pro nobis passus, quid pro eius amore eandem viam ingredi dubitamus, vt omnem inanem delectationem auersemur? 2. Itud autem propositum non est difficile considerantibus mala, quæ voluptates ingenerent. Ipse enim ad omne flagitium exlicant, & mentem nobilissimam vilissimo mancipio, scilicet peccato, prostituū: quod in Davide conspicimus, ob vnam carnis voluptatem è tanta sanctitate ad tantam iniquitatem deicto. Ipsæ virtutes omnes dissipant, & earum regnum euerunt, quod non in molli voluptate, sed in duro labore omnis Philosophia constituit. Ipsæ virtutum aurigam, prudenter videlicet, destruunt, hominēque, à sua dignitate deturbaros, pecudibus similes faciunt: quæ, vt inquit Augustinus, cum magna sunt, omnem aciem mentis & cogitationis obtundunt. Ipsæ ab Antisthene, quem refert Laertius, peiores intia reputantur intianam enim sœpe auertit medicus, ut voluptates, cum mentem eripiant homini, insanabilita mala videntur. Ipsæ suffocant verbum Dei, vt Dominus ait, nam quidam à voluptatibus vita euntis suffocantur, & non referunt fructum: quod verbum, delicia obrutum, fructum ferre non potest. Ipsæ deum corpus ipsum eneruant, inceptumque ad officia virtutis faciunt. 3. His adiicienda est breuitas voluptatis, senisque examinandum quantum temporis ipsas nos oblectabit, quantum item temporis ob acceptam voluptatem conscientia mordebit. Cum autem viderimus, tēpus doloris esse tempore voluptatis in immēlum longius, hanc sine dubio, tanquam doloris seminarium, reiciemus. 4. Opponenda tandem estnoxie voluptati de rebus diuinis verissime delectatio, cui gustus assuetus illam homine indignā reputabit. Delectare in Domino, inquit Psalmographus, & dabit tibi petitiones cordis tui.] Hęc delectatio, quia incipimus in fonte omnī bonoru delectari, faciet vt postulata, non à carne, sed à spiritu, recipiamus. Quæ ita spiritum afficiunt, vt ipse carnis petitiones respiciat, & omnia eius oblectamenta contemnat.

Tristitia de successibus humanis concepta, si sit immoderata, mala censeretur, iuxta illud Ecclesiastici: Tristitiam longè expelle à te, multos enim occidit tristitia, & non est vultus in ea.] Cui consonat Paulus: Tristitia, inquit, seculi mortem operatur.] Hanc autē multa leniunt. 1. Consideratio multorum malorum,

Valer.
Maxi. lib.
7.c.7.
1.Cor. 7.
31.

Joan. 5.5.

Psal. 16.
4.Roma. 8.
17.

2.Reg.

Aug. 14.
de ciuit.
c.16.
Laertiu
lib.6.c.1.

Luc 2.8.

Psal. 36.
4.Ecl. 30.
25.

z. Cor. 7.

Bonauentura, in speculo p. 1 c.
2. Cassian, lib. 9. c. 3.
Psal. 132. 2.
1. Corin. 3. 16.
Greg. hom. 35. in euang.
Philip. 1. 29.
Psal. 24. 18.
Cassia, lib. 9. c. 13.
Hebreo. 10. 32. 27.

multorum malorum, quæ exilla exoruntur. Solet in aqua turbida, inquit Bonaventura, id est, in corde tristis, latere pescaturus animam coluber tortuosus.] Et Cassianus: Vestimentum tinearum clu' attatum, nullius pretij, vel honesti vits poterit vterius habere commercium: itidemque lignum vermis exaratum non ian ad ornatum vel mediocris adiutorij, sed ad combustionem ignis merebitur deputari. Ita igitur & anima, quæ edacissimis tristitia mortibus devotatur; inutiles erit vel vestimento illi. Pontificali, quod vnguentum Spiritus sancti de celo descendens, prius in barbam Aaron, deinde in oram suam solere suscipere, taliter David vaticinio perhibetur, secundum illud: Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius.] Sed nec ad structuram templi illius spiritualis atque ornatum poterit pertinere, cuius Paulus architectus sapiens posuit fundamenta, dicens: Vos estis templum Dei, & spiritus Dei habitat in vobis.] Sic ille. Hæc, & alia mala, quæ tristitia affert, sapiens vanica eius depulsione aut moderatione depellit. 12. Mala, quæ eueneire possunt, premeditanda sunt, aduersaque nobis posse accidere, animo sapientia volendum, ut si euenerint, non nos imparatos inueniant. Hinc est illud Gregorij: Minus iacula ferunt, quæ præudentur, & nos tolerabilis mundi mala suscipimus, si contra hæc per præscientiam clypeum munimur. 3. Si quid aduersum euenerit, non tam ut malum, quam ut occasio exorcendi præclaras virtutes, nempe patientiam & animi magitudinem, & vt instrumentum conciliandi diuinam gratiam suscipiendum est. Sic Paulus aduersa respiciebat, cum scripsit ad Philippenes: Vobis donatum est, nō solum ut in eum creditis, sed etiā ut pro eo partiamini.] Sic & David ex tribulatione gratiam sibi cōciliat, dicens: Vide humilitatem meam & labore meum, & dimittit omnia peccata mea.] 4. Auocanda est cogitatio præsenti molesta, & bonis iam obtentis occupanda, vel certè spē obtainendorum bonorum erigenda. Vnde Cassianus: Hanc perniciōsissimam passionem tristitia ita expellere poterimus, vt mentem nostram futura spē & contemplatione reprobemus beatitudinis erigamus.] Qui & addit, ex quacumque causa tristiam exortam honorū futuron spē, potentissime solere leniti, & prosperatis venture memoria mitigari. 5. Quæ nobis mortalibus accidunt, humana sunt, alitq; multis hominibus euenerunt; neque est cur nos ab iis quæ alij æquanimiter sustinuerunt, immunes putemus, aut cur non ea æqua animo feramus. In ferendisque aduersis euentibus, sicut & in cæteris rebus, illi potius imitandi sunt, qui pacientes sustinentes, magnum ex illis emolumentum colligerunt, quam illi, qui ob impatientiam & immoderata tristiam, nullum profectum reportarunt. 6. Assumpta tristitia nullo modo causam doloris tollit aut mitigat, immò magis dolorem aggerat, quem spes & æquanimitas viciunt que lenient: quare absurdum est tristitia in aduersis se confidere, & non per conformitatem cum voluntate diuina caput leuare. 7. Qui aliquam est calamitatem expertus, & quis non est expertus? eius recordatione poterit cōciper spem felicitatis exitus ex malo præsentis. Nam ille benignus Dominus, qui præterea calamitatem depulit, nos ex præsenti etiam eripiet. Hacque conſideratione Paulus Hebreos ad constantiam ac patientiam hottatus est: Rememoramini, inquit, pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinuerunt passiōnum.] Et infra: Adhuc modicum aliquantulumque, qui venturus est, veniet, &

A negat tardabit.] 8. Ea deminū tristiam levant, quæ moderatam, & secundūm Deum, delelationem afferunt. In quibus præcipuum locum habet contemplatio veritatis, ut Diuus Thomas ait, & intenta confederatio diuina prouidentia: omnia nostra ex amore disponentis. Quare enim filius tristatur, ex eo quod benignissimus pater & sapientissimus, qui errare non potest, ex magno amore inuitit, & dilectissimo filio utilissimum iudicauit?

D. Thom.
12. q. 35.
ar. 5.

Quibus mediis passiones appetitus irascentis sint frenanda.

C A P U T : XIII.

F E C T U S sive passiones in appetitu irascente residentes, neque minoribus excessibus subiacent, neque minoribus remedii indigent, quia passiones partem concupiscentem occupantes.

De remediosis ergo, quæ eas vicemque componant, pauca dicamus.

Spes sapientia delinquimus, cum spiritui noxia speramus, cum vana & prophana nos obtenturos esse cōfidimus, & cum ex vana spe labores non leuis momenti, pro acquisitione voluptatum aut honorum apprehendimus. Quare in libro Sapientiae legimus:

Spes impiorum tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur: & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dissipatur: & tanquam fumis, qui à vento diffusus est:

& tanquam memoria hospitis viuis diei prætereuntis. Et Iob ait: Spes impiorum abominatio animæ.

Salomon quoque: Spes impiorum peribit.] Actandum Ecclesiasticus: Vana spes, & mendacium viro insensato.] Et quidem cum talis est spes, his est remedii moderantia. I. Vanitas rerum, quas spemas, inspicienda est, quæ nullo modo labori in eis acquirendis impendendo respondent. Et si nullus emit mille aureis rem quæ floccipenditur, quare stultus homo tanto labore rem vilem, & forsitan damnationem allaturam, mercabitur Pars mea Dominus, inquit sanctus Jeremias, propterea expectabo eum.] Nam hoc summum bonum sperandum est, & quæ ad illud nos ducunt: vana vero & inutilia omnino aspernanda.

Debemus itaque spem ad cœlestia convertere, & pro eis adipiscendis laborare, ut inanes spes in nostris cordibus evanescant.

Qui enim se imperium aliquando tandem adepturum sperat, vilissimum minus sperare erubescit.

Et nos ergo, si consequi cœlestia speremus, si pro

nostri victoria fortiter laboremus, quæ huius saeculi sunt, nequaquam anxiæ sperabimus.

3. Proderit maximè contemptus saeculi & despicio tormentorum, quia nemo, quæ contemnit, sperat, magis au-

tent concutitur timore, ne res contempta libi vnu-

quam euenerit. Quamobrem si terrena contemper-

imus, nunquam in illa immoderate spesi mortibus erigemur.

Omnis, qui viderit te, jō. mundi, reficiet

te, inquit Nahum propheta: quia qui te cognovit,

nunquam pellem tuam deauratam sperabit,

magis autem illa, quæ frigus non pellit, se operire aut

fouere timet.

Similiter desperatio multis est obnoxia delictis,

vt si quis de his, quæ debet sperare, desperet. Debet

enim homo sperare se impetraturum veniam peccatorum;

se obtenturum in bono statu, quem arri-

puit, persecutiam, tentationem, viatoriæ tribu-

lationem, leuamen, & auxilium ad proficiendum, &

reliqua huiusmodi. Vnde si circa hæc affectus aliqua

Sapien.
5. 15.

Iob. 11.

20.

Prover.

10. 28.

Ecccl. 34.

Threnos.

3. 24.

Nahum.

3. 7.